

Σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες οἴκων. ἀντιστρ. β'. 1030
 Παλλάδος ἀστοῖσι Ζεὺς πανόπτας.
 Οὔτω μοῖρα τε συγκατέβα.
 Ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

996. ἔνδαι δ' ἐς Ald. Turn. ἔνδαδες Rob. — ἐς τὸ πᾶν metro adversatur, quod nemo sensit nisi Hermannus, qui ἐς τὸ πᾶν dedit, sed hoc quid sit nescio. Sed neque sensum in vulgato ἐς τὸ πᾶν video ullum; hic igitur corruptelam latere certum est, quam tamen quomodo removeam non habeo. Monstrousa sunt quae dedit Both.: ἴλαοι δὲ κατ', εἰθύφρονες γὰρ et σπονδαὶ δὲ τόπων ἐνδαίδων, et quae Burgess.: ἴλαοι δ' οἴκοις ζεὺθύφρονες γὰρ et σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν καὶ δᾶδες εἰσιν.

997. παντόπτας Med. Rob. — De incerta hujus versus lectione vid. quae ad v. 993. monita sunt.

— Punctum in fine versus sustulerunt Hermann. Schütz. Both. Schwenk., sed in tantis horum versuum corruptelis sensus tam obscurus est, ut neque de interpunctione certi quidquam constitui possit.

998. Communem cum duobus praecedentibus versibus hic quoque corruptelam traxit, οὔτω enim quin non sanum sit, vix dubitari potest, nam neque metro satisfacit neque sensum aptum praebet; οὔρια dederunt Herm. Schütz., sed quid neutrum illud sibi velit non video. ὄντως Both. — μοῖρα τε vulg. contra metrum. μοῖρά τε Rob. Herm. Both. Schwenk.

21. XII. 75